



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Amor soli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO XXII.

AMOR DEI;

Amor Soli.

SOLO DEO debetur amor, quia soli Deo honor & gloria.
SOLI Deo debetur amor, quia Nemo bonus, nisi solus.
SOLI Deo debetur amor, quia Solus est. Nam
quod est, aut ipse, aut ipse est. O verbum amanti
convenientissimum amato!

Quidit Solus? non erit alio. Tu es homo, sed non
alio homo; quia sunt alij prater te. Sol est unus,
non solus; quia licet non sint, possunt tamen esse
alii Soles. Solus Deus, unus & solus: est unus,
non potest esse alius Deus. O infallibilis veritas!
Solus Deus noster, Deus unus est. Videte, quia ego
in Jo. quasi dicat; Cavete, ne perdati Deum;
ne vos inveniatis alium. Si inimicus vobis sit Deus,
non habebitis alium Deum amicum. Si Deus vos in
veniam ableget, non est alius Deus, qui vos inde possit
liberare. Si ergo unus & solus est Deus, etiam unus &
est amor Dei.

In hieroglyphicum veri amantis? Pinge Cor, & in-
venisti Soli. Vis medium quo subito Sanctus evadas?
In te, & in omnibus rebus vocem hanc Soli: in tuo
intellec. Soli: in Memoria, Soli: in Voluntate Soli:
in Sensibus, Soli: in Sensibus externis, Soli: in tus
facultatibus, tuo officio, Soli: Vis reforma-
tionem mundi, ut inde absit omne peccatum? in omni-
bus vocem hanc Soli: in Caelo, Soli: in Terra,
in Civitate, Soli: in palatio, Soli: in omnibus
humana, Soli: Conclude. *Sola Soli: Habeo*
solam unam animam, soli Deo
hanc dabo.

CON-